



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

227. feria 4. de ordinandis cogitationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 4. Domin. 8. post Pentecost. 409*

sunt seminaria, in me sanari, & sanctificari, sicut erant sanctæ Passiones in Christo.

MEDITATIO CCXXVII.

*Feria 4. Domin. 8. post Pentecost.*

*De ordinandis cogitationibus.*

**A**spiciam muscas suavitatem mellis auferentes esse cogitationes non mortificatas. Petam eas virtuti subijcere.

*Cons. 1.* Quanta sit deformitas cogitationum non mortificatarum, de quibus ait Cassianus Collat. 14. cap. 11. *Omnis cogitatio, non solum turpis, sed etiam otiosa, & à DEO quantumcunque discedens, à perfecto viro immundissima fornicatio reputatur.*

*Cons. 2.* Triplex cogitationum esse genus. Immundas, otiosas, necessarias. Primæ duæ ascendunt de corde malè affecto, quasi fumus contagiosus de abyssu; quarum nihil reperitur in corde Christi sanctissimo, Deo Patri velut Magneti semper unito. *Vna cogitatio felix est, cogitare de Domino, inquit D. Hieronymus, de reliquis, ait idem, nolo sinas cogitationem crescere. in Psal. 93, Epist. ad Eustoch.*

*Cons. 3.* Actiones ejus sunt. 1. Assiduis precibus à Domino efflagitare, ut cor meum à malis & ineptis cogitationibus emundet. 2. Principijs cogitationum obstare, nam serò

S

medicina



410 *Feria 5. Domin. 8. post Pentecost.* *Fer*  
medicina paratur iisdem proVectis. 3. Cogi- ra,  
tationes meas ad ruborem & humilitatem ad  
manifestare arbitro conscientiae meae. 4. Cor No  
meum, & cogitationes meas, quod Deo pa- tali  
teant, considerare. 5. Bonis semper cogita- ten  
tionibus cor occupatum habere, quae con- qua  
trarias intrare non sinant. 6. Impuris cogi- etas  
tationibus custodia sensuum, & fugam malo- omz  
rum repugnare. 7. Curiosis, & otiosis cogi- com  
tationibus me amore proprii profectus, & scui  
desiderio divinae familiaritatis opponere. culc  
8. Cogitationibus de rebus necessarijs recora  
datione divinae providentiae, ac summi Pa- tello  
tris me ceu filium amantis, obfistere. & v

MEDITATIO CCXXVIII.

*Feria 5. Domin. 8. post Pentecost.*

*De cultu corporis, & asperitate.*

**V**idebo corpus animae instrumentum a  
Deo datum ad virtutem exercendam.  
Petam illud cultu debito exornare, & aspe-  
ritate ad virtutem adaptare.

*Conf. 1. Servi Christi, quia mundioris vita  
instituta sectantur, corpora castigare volunt.  
inquit Lib. de Fide ad Pet. cap. 3. D. August.  
Utar igitur ejus tesseram; Moriar, ne moriar.  
Lib. 1. Conf. cap. 5.*

*Conf. 2. Ideo vestimenta non debere esse  
nimis subtilia, sed potius aliquantulum du-  
ra, &*